



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 79. Austrii & Moravi a Potestantibus Bohemis ad rebellionem contra  
Ferdinandum Regem sollicitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

Sæc. XVII. „malis ex hoc bello obviare, in Ord.  
 A. C. 1619. „num Bohemorum arbitrio foret; si  
 „enim Regi suo, ut par est, obsequium  
 „deferrent, exterum militem in ipso  
 „cum finitimorum detrimento educere,  
 „minime necessarium foret.,,

## §. LXXIX.

*Austrii & Moravi a Protestantibus  
 Bohemis ad rebellionem contra  
 Ferdinandum Regem sollicitati.*

*Merc. Gal-  
 lob. tom. 12.  
 l. 4. pag. 48.  
 Adlzreit. 1. c.  
 Barre hist.  
 d' Allem.  
 pag. 470.*

**E**o tempore, quo Bohemi rebelles Fer-  
 dinandum Regem suum de bellico  
 apparatu insimulabant, eidemque ob-  
 latas Catholicorum suppetias avertere  
 moliebantur, ipsi adversus eum omnes  
 ipsius subditos ad defectionem, & re-  
 bellionis societatem pelleixerunt, &  
 quidem primo cum Austriæ Superio-  
 ris Ordinibus fœdus instaurarunt, ut  
 que eo firmius suo Principi resistere pos-  
 sent, Danubium flumen, ducta in ut-  
 ramque ripam catena, erectisque binis  
 propugnaculis clauerunt, simul postu-  
 lantes, ut Arx Linciensis præsidio nu-  
 daretur, nec Bucquoius Cæsareus Bel-  
 lidux in Austriam irrumperet. Inferio-  
 res vero Austrii habitio Viennæ Con-  
 ventu in duas dividebantur factiones,  
 ex quibus Catholici Ferdinando sele

ultra

ultro sacramento dicarunt, Protestan- Sæc. XVII.  
tibus rebellium partes sequentibus. A.C. 1619.  
Inde elucet, quantum fides Catholica,  
quæ Præpositis obedire non modo do-  
cet, sed idipsum quod docet, præstat,  
ab iis distet sectis, quæ id quidem spe-  
cietenus docent, duntaxat tamen exe-  
quntur, si id e re sua fore credunt, vel  
Princeps prius horum Novatorum vo-  
luntati se subjicit. Porro hi seditiosi  
Protestantes novis universo Bohemiæ  
Regno delectibus indictis exercitum  
suum indies augebant, atque ad signa  
quoscunque Ferdinandi subditos tam  
Austriacos, quam Moravos & Silesitas  
edictis convocabant, Regias vero Fer-  
dinandi copias, quo cunque modo pos-  
sent, infestabant, ac novissime Buc-  
quoium, qui opima rebellium præda  
onustus Polnam contenderat, cæsis suo-  
rum quadringentis, abactoque spolio  
retrocedere cogebant: Kinskius quo-  
que Tribunus ex Budovisiniis Præsidia-  
riis ducentos sexaginta cecidit, ac cen-  
tum quadraginta captos abstraxit. Mans-  
feldius quoque Pilsnæ viciniam longe  
lateque devastabat. His igitur succe-  
sibus Bohemorum potentia simul & pe-  
tulantia eo usque excreverat, ut illos  
Moraviæ Status, qui ad ipsorum partes  
accedere adhuc recusabant, vi ad re-  
bellionis societatem pertracturi, Tur-

T 5 ria-

**Sæc. XVII.** rianum Comitem cum sexdecim mil.  
**Sæc. 1619.** lium exercitu in hanc ditionem emit-

terent. Hic ergo die vigesima secunda Aprilis positis ad Iglaviam castris hanc urbem nullo ferme negotio intercepit, postea præter Brucense Monasterium Trebnitsium, Polderbeream, Moravo-Budovizium; Zwambram aliasque Ferdinandi urbes occupavit, rapidoque victoriæ cursu ad Olomuzium usque vastatione progressus est, vix ullo sese opponente, eoquod Protestantes, qui Catholicis ubique numero prævalebant, jam antea cum seditionis conspirassent. Demum ab altera parte Silesii post munitum Troppaviensem Principatum duo Moraviæ oppida Lipnizium & Rhenitium Ferdinandi obsequio subduxerunt: Enimvero adversus iniquam hanc rebellium violentiam querebatur Pope-lius, qui, cum Moraviam suæ fidei a Rege commissam habuisset, hostilis hujus irruptionis caussas sibi exponi, a Turriano petiit, hic vero audacter eidem respondit, quod aliorum jussu tanquam amicus & frater advenisset, eos duntaxat infectatus, qui ejus hostes sese profiterentur.

§. LXXX.  
*Brunna a Turriano Comite capta.*

Cum